Dubitatio 2da: an Christi satisfactio fuerit ex bonis non alio titulo debitis? Quod haec conditio aliquo modo requiratur ad satisfaciendum ex rigore Iustitiae constabit ex infra dicendis. hoc a. posito. quidam asserunt Christi satisfactionem non habuisse conditionem de qua hic agitur, atque hac etiam de causa defecisse a Iustitia proprie dicta. ita Durandus in 4to dist. 15 q. 1 num. 7. Ioannes Medina codice de poenitentia tract. 3 q. 1. et Vasquez disp. 8 cap. 6 num. 76 et 77. alii asserunt in Christi satisfactione locum habuisse praedictam conditionem quantum satis est ad perfectam Iustitiam, sive quia Christus pro nobis satisfecerit sua morte quam alio titulo non debebat subire, ut volunt hinc illi quos habes apud Vasquez loco citt. num. 62. sive quia Christi opera quibus pro nobis satisfecit essent quidem Deo debita alio titulo sed eo qui non repugnaret satisfactioni ex rigore Iustitiae, inter Authores a. id docentes et Suarez disp. 4 sect. 6 qui solum ad rigorem Iustitiae quantum facit ad rem praesentem vult requiri ut opus per quod debet fieri satisfactio rigorosae Iustitiae non sit debitum simili titulo eidem creditori.

Adverten-

Advertendum e Theologos fere communiter docere, si unum opus debitum potest quidem satisfacere duplici titulo quorum neuter sit Iustitiae vel quorum alter sit Iustitiae alter vero alterius virtutis v.g. Religionis, obedientiae &c, non tamen potest satisfacere duobus titulis quorum uterque sit Iustitiae, si e. cum quis debeat centum quae furatus sit et eidem alia centum debeat pro equo empto non satisfacit dando centum sed ducenta tenetur dare, quamvis de hac doctrina vera sit ut plurimum, non tamen verificatur prorsus, qd si quis, ut bene notavit Vasquez disp. 5 num. 66 et 67. voverit loco pecuniae rem pretiosam et extractu vel delicto fantundem pretii eidem loco debeat non satisfacit utrique obligatio dando illam eadem rem pretiosam. imo interdum neq duabus ~~[illegible]~~ quae obligatoribus quarum neutra sit Iustitiae sit unico opere satisfieri. etenim si confessor poenitenti injungat auditionem sacri vel jejunium, profecto poenitens non ait eadem auditione sacri vel eodem jejunio satisfacere sed obligari extracta ex praecepto observari et obligari provenienti ex Ecclesiae praecepto de audiendo sacro vel jejunando, fa. confessor radabiliter sumit in poenam peccatorum fuisse aliquid de novo poenarum injungere, altera sit stringere ut quis eodem opere potest satisfacere duabus obligatibus Iustitiae, nam si quis uni puellae spondeat secum ducturum et postea eidem parentibus promittat et utraque promissio fuerit verbalis aut singularis, si promittens ducat puellam mediante eodem opere satisfacit utrique promissioni et obligationi Iustitiae. utrique dicendum an uno et eodem opere potest satisfieri simul duabus vel pluribus obligationibus sive eae sint Iustitiae sive non, ex circumstantiis et praesertim intentione eorum ex quorum pacto nascitur obligatio pendendum est an ees obligationes cadant supra eandem rem vel supra diversam.

Advertendum e rursum quod licet interdum potest eadem opera satisfieri duabus obligatibus vel duobus terminis Iustitiae ut diximus, communiter tamen vel per se loquendo id fieri non est, atque hoc imo verificatur de satisfactione, quae fit per pecuniam aut per id quod pecunia aestimatur in mala Iustitia, sed ut satisfactio illa, quae est in mala Iustitia, aequalis sit necesse est tantum reddere quantum ablatum est aut debetur, quare cum ille qui per pecuniam debitum uno titulo solvit tale debitum non reddat aequale, eadem est solutio non aequalis duobus illis titulis, non fit per pecuniam debitum uno titulo satisfieri altero titulo. altera eadem doctrina vera etiam in satisfactione facta in mala Iustitia pro re quae non pecunia aestimabilis veleiq valorem atque aestimationem superet, ut est injuria vel offensa in honore nam si Petrus v.g. Paulo duas injurias intulerit eiq ad aequalitatem ego una injuria satisfecerit cum iudicio altera injuria prius incompensata remanebit, nisi satisfactio prolata revera maior sit quam singula illa injuria, aut nisi alia nova satisfactio pro altera injuria offeratur. similiter si dominus alicui obsequium vel opus ut verbi gratia exigat a servo qui ignem offendit nemo servum censebit sic satisfacere pro offensa exhibendo opus vel obsequium qui servo imperatum satisfaceret igitur debita pro una injuria vel offensa nisi res sit maior eadem injuria non est sufficiens

ad satis-

ad satisfaciendum etiam pro altera iniuria nec pro alio debito Iustitiae conuenit
vel per se loquendo. Addo tn quod etiam in aliquo casu vnico quere satisfieri pro
debito orto ex iniuria illata. Et pro alio debito Iustitiae, vt si quis alterum offen-
deret et promittere vellet vel singulatim promisserit illi se pro offensa satisfactu-
rum, quidem operaque sua satisfacit obligatio orta per se ex iniuria illata satisfacit
etiam alteri obligationi Iustitiae orta ex promissione, qua scilicet potenter obligatio ex
intentione promittentis cadit supra eandem rem debitam indiuisibiliter sumpta
supra quam cadit etiam prior obligatio, nec censendum est quando vno opere fit
satisfieri duabus obligationibus Iustitiae necessarium esse vt vtraque earum vel altera
saltem extracta, nam fieri potest vt vtraque sit orta ex alia radice. v.g. ex delicto,
nam si quis v.g. per artem magicam vnicus et eadem incantatione duos homines v.g.
dementauerit duabus obligationibus Iustitiae ex delicto ortis teneturlasii mentem
reddere, quibus obligationibus vnica et eadem restitutione vel destructione incantationis
fit satisfactum. his adnotatis.

Supponendum est, si sicut dominus creatus potest iure dominij exigere a seruo obse-
quia et alia eiusdem opera, ita etiam Deus iure dominij siue dominio proprietatis
potest in nos et in Chm humanitatem potuit exigere eiusdem opera quibus pro nobis
satisfactum est, sicut etiam potuit illa exigere dominio inductionis in finem Reli-
gionis vel alterius virtutis, quemadmodum Ecclesia suo decreto exigit a nobis vel ab illis
auctorem sui ordinis in ordine Religionis.

Supponendum 2do quod aliquis ex debitum iure dominij duplicit, neque
in actu primo sed in actu secundo, debitum est in actu primo quando iure dominij et exigi
ab alio sicut exigit, talem obsequium a seruo prestitum a domino qui potuit illum exige-
re et exigit. debitum in actu 2do est quando actu exigitur ab alio habente ius
exigendi.

Dicendum Chm satisfactionem defecisse a radice Iustitiae rigorosa eo quod
illa fuerint debita alio titulo saltem in actu primo. Suarez vt Vasquez disp. 4 c. 6
a num. 75 Daly apud quem idem num. 6j. Probatur: quia ordo gratiae humanitatis
Chm quibus pro nobis satisfecit saltem in actu primo egerunt Deo debita ita vt
iure iure dominij potuit illas exigere ab humanitate Chm. Et Chm satisfactio Deo ob-
lata pro nobis defecit a rigore Iustitiae ergo fuit iure dominij debita Deo saltem
in actu primo. Antecedens patet. Consequentia probatur: quia Deo seruus non potest per opera debita Deo
et in actu primo solum illi ex rigore Iustitiae satisfacere pro iniuria, quia illa sunt
Deo debita alio titulo siue iure dominij licet in actu primo solum. Et quia in repara-
ratione iniuriae de seruo respectu Dei a se offensi, iuxta est etiam de humanitate
Chm respectu Dei a nobis offensi, quia seruus non potest exrigore Iustitiae satisfacere
Deo pro iniuria per opera ipsi debita in actu primo, id orjat ex eo quia illa iure
dominij sunt ipsi Deo debita in actu primo, per se patet, non per alia ratio huiusmodi assignari
potest vero seruus non potest per huiusmodi opera ex rigore Iustitiae satisfacere Deo pro
iniuria probatur: quia etiam quando seruus facit opera quae potuit ab eo dominus exigere,

et non exegit

et exegit operatur vt seruus sui dni nec moraliter censetur facere id nisi qd
debitum, qd est impo: qa ideo quicquid seruus per suam operacoem acquirit
dno acquirit. Ideo qa alioquin seruus pro operaoe a se facta quam dns ei exegit et
poterat exigere, posset petere mercedem et remuneracoem, qd tn est falsum, cum dns
neq titulo gratitudinis quicquam pro huiusmodi operaoe teneat illi reddere. Et
seruus n est per opera licet debita solum in actu impo satisfacere dno pro iniuria
ipsi illata. Qd affirmat: qa nemo censebit ex satisfactum dno pro offensa et iniu-
ria per operacoem quae si fuit supererogacois ~~per~~ quam seruus vt sui dni seruus ex-
ercuit, quemadmodum e. seruus faciendo huiusmodi operacoem, antequam
dnum offenderit mo raliter n censet facere aliquid supererogacois vel supra suum
debitum, ita facta huiusmodi operaoe post offensam n censet satisfecisse nova
obligaoi satisfaciendi pro inaequalitate orta ex iniuria, sed ad satisfaciendum
pro ipsa aliquid amplius requiritur.

Objices: seruus qd dno pro offensa satisfacere ex rigore iustitiae licet
quia seruus operaoes sint iure dominij debitae ipsi dno in actu impo & ex eo qa Chs
operaoes est iure dominij Deo debitae in actu impo Chs satisfactio n defecit a ri-
gore iustitiae.

Distinguo Ars, seruus qd dno pro offensa satisfacere ex rigore iustitiae
per opus debitum in actu impo nego, per aliud opus neq in actu impo debitum vt v.g:
ex timore periculo aut per aliam huiusmodi operacoem vel obsequium qd
opus n potest a seruo iure dominij exigere, sed dno, et nego seq: nam disparitatis
est qa Chs humanitas nullam planè exercuit operacoem quam Deus qd potest a
ipsa iure dominij exigere, stra verò seruus qd facere aliqd opus qd dns n potest ab
eo exigere, vt est v.g. exponere se periculo mortis vel gravi corporis dni in no et
alia huiusmodi quae neq dns seruo neq superior subditi qd jugere, cum praecepto supe-
rioris subditus cum tanto dispendio n teneatur obedire.

Objices rursus: qd dns facere seruo liberam potestatem exercendi et n exer-
cendi aliquam operacoem quae cedat in dni utilitatem vel obsequium, et tunc poterit
seruus per huiusmodi operacoem ex rigore iustitiae satisfacere pro iniuria fac-
ta dno & dicendum est Deum fecisse huiusmodi liberam potestatem humanitati
Chs vt ipsa possit effecte et ex rigore iustitiae pro nobis satisfacere.

Et negando seq: qa licet dns creatis possit servum suum eximere a iure
sui dominij in ordine ad aliquam operacoem, Deus tn n potuit eximere humanitatem
Chs a iure sui supremi dominij in ordine ad ullam operacoem, ita vt illa, qd est iure
dominij debita Deo saltem in actu impo, qa Deus, vt sciat ex dictis, n potest abdicare
a se dominium ullius rei creatae cum id involvat imperfectionem in Deo.

Ex dictis igitur sitat Chs satisfactionem defecisse a rigore iustitiae
eo qd saltem in actu impo fuerit Deo debita alio titulo iustitiae scilicet iure dominij,
et obligaoe satisfaciendi pro iniuria et offensa n cedat supra rem alio titulo
iustitiae debitam, et ideo nec Chs per suam satisfactionem fideliter deleuit nra

peccata

peccata, cum tn satisfactio rigorosa Iustitiae oblata pro iniuria vel offensa eam foeliter extinguat.

Tertia dubitatio: an Chri satisfactio fuerit fundata in gra creditoris? Quod ad satisfactionem rigorosae Iustitiae necessario requiratur ut n sit fundata in gra creditoris, nempe ita ut creditor n acceptet solutionem vel satisfactionem inaequalem pro aequali, ptt: qa ubi n e vel n fit pfecta aequalitas n e pfecta rao Iustitiae, ubi a. satisfactio acceptatur tanquam aequalis cum revera sit inaequalis vel minor debito n reperitur aequalitas saltem pfecta, e per consequens neq pfecta Iustitia. addo tn pte ee satisfactionem rigorosae Iustitiae quae aliquo modo sive remote fundetur in gra creditoris, ptt: qa satisfactio rigorosa Iustitiae e quae poterit pfectam aequalitatem inter satisfacientem e psonam offensam, vel quae recompensat totaliter inaequalitate iniuriae e offensae; at pt ee satisfactio quae talis sit licet remote sit fundata in aliqua gra creditoris, hoc a. recte nnulli probant hoc modo: si Rex offensus a psona privata, quae veniam deprecando e genuflexione n poit Regi satisfacere, eandem psonam evehat ad principatum, rae cuius genuflexio poit ee satis ad compensandam iniuriam illam, iam si psona pdicta ad deprecandam veniam Regi genuflectat poterit absq dubio de rigore Iustitiae satisfacere, e tn huiusmodi satisfactio remote habuit dependentiam ex gra creditoris, quae si n pcessisset nullo modo satisfactio fuisset sufficiens. Confirmatur: qa etiam restitutio quae e pfectus actus rigorosae Iustitiae pt aliqua rae sive remote fundari in gra creditoris, nam si Petrus v: g: debeat Paulo centum a quo dono accipiat fundum ex cuius fructibus soluat eidem Paulo centum, profecto huiusmodi restitutio erit ex rigore Iustitiae, siquidem facit pfectam aequalitatem, e tn mediate seu radicaliter processit ex gra creditoris.

Ex dictis a. infertur n oem graam creditoris repugnare rigori Iustitiae, sed eam tm quae vel remittit totum debitum vel eius partem, atq in hoc sensu dici solet gra creditoris repugnare Iustitiae. coeterum si gra pcedat debiti solutionem nec debitum per illam minuatur, n pt impedire quo minus debiti solutio consequens sit pfecta ex rigore Iustitiae. his praemissis.

Dicendum e Chri satisfactionem oblatam pro nris peccatis defecisse a Iustitia rigorosa etiam ex eo qd fuerit fundata in gra creditoris. ita Caietanus in articulum 1mum quaestionis; Ferrariensis 4. contra gentes cap. 454. e Vasquez disp. 8 cap. 3. e tn contra alios inter quos e Suarez disp. 4. sect. 6 a §. 1ma ergo conditio.

Probant reliqm nnulli ex doctrina Vasquez hoc modo: ex peccato originali e ex peccato proprio, morteli actuali contraximus debitum carendi auxiliis divinae graae, e per consequens oibus beneficiis quae a Deo gratis oid e liberaliter ordinat ad hoc ut auxilia ad graam sanctificantem e ipsam graam consequamur. sed pcipuum beneficium ordinatum ad hunc finem e ipsa Incarnatio & ex pdictis peccatis contraximus

debitum

debitum carendi dicto beneficio, at pro hoc debito non potuit Chr satisfacere,
qa idem debitum necessario supponitur remissum ipso secreto incarnationis
facto ante furiosa Chri mentis & quoad hoc Chri satisfactio fuit fundata
in gra creatoris.

Sed ntra hanc radem est, qa licet ex peccato Adami xtraxerimus debitum
carendi sibi a visibilis ad gratiam assequendam, vt sit ex eo qd aliqui e fatuitibus
illis carent vt stat in infantibus moientibus ante baptismum, non in ex peccato
originali vel ex peccato actuali proprio xtraxerimus debitum carendi re-
demptore vel auxiliatore, q. sit imaginis hic vnice colligatur Deum prouoca-
uisse peccato originali vel peccato actuali proprio, talem carentiam vel huius-
modi debitum tanquam poenam. desinit, sit qa id videtur esse in fundamento
stii nempe igitur Chri, et ideo non videtur recedendum, presertim cum Deus neq. pec-
cato originali neq actuali proprio instituerit pro poena decuplum malum, vt stat
ex eo qd nemo dixerit nostri annihilatione fuisse institutam in poenam ~~ex poenam~~
eorum in peccatorum, sic de aliis. Ioe. a fortiori sequitur Christum potuisse satis-
facere etiam pro quocunq; dicto debito carendi auxilio supernaturali xtracto ex
peccatis, vt satis per se patet. addo radem quam impugnamus si valeret non probare
intentum, nempe Chri satisfactionem pro nostris peccatis oblatum non fuisse defectam
vel ex rigore Iustitiae respectu ipsorum peccatorum, sed tm respectu alicuius poenae
illis debitae.

Sed igitur dico: qa gra creatoris, seruans in ipsa satisfactione
etiam humana exhibetur, talem valorem habet cum satisfit, tollit rigorem Iustitiae
ex parte iusta, sed huiusmodi gra interuenit in Chri satisfactione. Hec. Minor
probatur qa Deus non solum fecit gratiam humanitati Chri vniendo illam Verbo diuino,
vt infra patebit, sed etiam seruando vnionem hypostaticam in ipsa humanitate,
quando eadem humanitas operabatur, atq ita Deus gratis in Chro operari bona quae
exhibebantur in satisfactionem mediante seruatione vnionis hypostaticae, ser-
uabat valorem infinitum, quo pro nobis satisfactum est, prouenientem ex infi-
nita dignitate Verbi mediatoris affuente et conferente praeter eadem one-
randi. Maior patet exemplo: qa si quis debeat mihi centum et velit mihi satis-
facere decuplum cuius valor per impossibile decendat a mea libera et gratuita
voluntate, etiam tunc dum eadem pecunia soluitur profecto gra quam exhi-
beo meo debitori in seruando illo valore tollit rigorem Iustitiae, qa permittere
qd licere et gratis sine qd idem et alio debito seruem illum valorem in pecunia
etiam cum mihi soluitur, atq ita ego mihi solueam eandem pecuniam sumptam
praeter eius quoad valorem; vera igitur maior radis supponitur.

Ad dictis radem dictamen probare vt Chro vel tm dueig humanitate
qd non satisfecerit ex rigore Iustitiae, siquidem gra ipsi exhibita facta est Chri huma-
nitati non a. vnionem facta ipsi Chro.

Sed ntra est, qa eo ipso qd sit Chro humanitatem satisfecisse ex rigore

Iustitiae

Iustitiae idem ~~ibi~~ etiam de Christo, cum c. Christo satisfecerit mediante humanitate, si non sit de ea rigorosa iustitia inter humanitatem et Deum, neq sit de inter Christum et Deum, quemadmodum c. eo ipso quod habet voluntatem, mediante qua quod amat, non potest virtute propriis elicere actum amoris Dei cuiusmodi etiam habet non potest eo modo amare Deum, ita etiam eo ipso quod ~~habet~~ non potest esse de iustitiam rigorosam humanitatis ad Deum, ~~sit~~ etiam non potest illam esse inter Christum et Deum, ratio a. huius rei videtur esse, quia ad satisfactionem, sicut ad reliquas actiones, necessarium est non solum principium ut quod sed etiam principium ut quo, et quidem ita ut ex utriusq regula et vel defectu sequatur negata actionis, hinc a. oritur quod si ~~ibi~~ non potest esse principium ut quo sequi actionem vel satisfactionem, eo etiam ipso proteritur principium ut quod non potest agere vel satisfacere, ac proinde cum excedatur ~~situt~~ humanitatem Christi non potuisse satisfacere ut quo ex rigore iustitiae quantum ex gratia creditoris supradicto, ~~ita~~ sequitur neq Christum ut quod satisfecisse ex rigore iustitiae quantum et ex parte eiusdem dicitur.

Obiicies: si debenti mihi centum dedem rem maioris valoris et is de pecunia eiusdem rei iodea venditae mihi satisfaciat dando centum, gratia illi a me praestita non impedit quominus illiq satisfactio sit facta ex rigore iustitiae et dicendum est etiam gratiam a Deo praestitam Christi humanitati in servando unione hypostatica non impediuisse cetera.

R. negando neq: ratio disparitatis est in gratia facta Christi humanitati immediate et solaliter influebat in satisfactionem proveniente a Christi humanitate, gratia a. creditoris de qua sermo est in antecedente non nisi remote vel mediate influit in satisfactionem sequentem.

Dubitabo quia: an Christi satisfactio fuerit ex bonis sub dominio creditoris, in existentibus haec difficultas solet ab aliis exponi sub sua alijs terminis: an Christi satisfactio processerit ex bonis creditoris vel facta sit ex propriis.

Advertendum est quod contra dici solet satisfactionem perfectam ex rigore iustitiae debere fieri ex bonis quae habent sub dominio creditoris, ut a. hac propositio sit universaliter vera, non dominij, per dominium proprietatem dictum, debet etiam comprehendi simplex rei possessio, ita ut sensus illius propositionis sit satisfactio perfecta ex rigore iustitiae debet fieri ex rebus non existentibus sub dominio proprie dicto creditoris, vel quae non sint in eius possessione, et a. ita dicendum sit ~~ut~~ ~~illiq~~ aliqua satisfactio rigorosa iustitiae non sit de facta nisi fiat redditione rei existentis sub dominio creditoris non habentis possessionem illius, si quis e. furto equum v.g: abstulerit non satisfecit iustitiae reddendo pretium illiq vel alterum equum similem aut etiam rem aequivalentem equo ablato, sed necessario eundem numero equum qui e adhuc e sub dominio creditoris debet restituere, neq a. aliter tunc sit facere aequalitatem iustitiae nisi reddendo creditori idem in individuo qui abstulit, ac proinde in tali casu fit satisfactio ex rigore iustitiae restituendo rem existentem sub dominio creditoris quatenus non erat in eius possessione, ceterum non sermone de

satis-

satisfactione aut iniuria vel offensa qua quis privatus è suo honore, videtur
vnitur ex qui vt honor, ejus restitutione sanatur & operando per quam satisfit, n
sit ante satisfactionem in dominio creditoris, sicut ad satisfactionem pro pe-
cunia ablata satis è vt reddat pecunia n existens sub dominio creditoris, ratio a
& qa per eam operationem defertur honor è per satisfactionem vtrariam honor resti-
tuitur ac reparatur. his premissis.

Quidam asserunt Chm satisfactionem fuisse ex bonis propriis qa voluit
personam Verbi quatenus humanitatem sustentabat habuisse peculiare dominium
in suas operationes humanas quibus mediantibus satisfactum è, è ideo talem satisfac-
tionem fuisse ex rigore Iustitiæ.

Sed vtra hos Authores è, qa huiusmodi dominium Verbi in operationes huma-
nas vel competebat eidem Verbo ratione voluntatis divinæ, vel ratione voluntatis huma-
næ. si dicatur primum sequitur Chm satisfactionem fuisse ex bonis n propriis sed
existentibus sub dominio creditoris Dei: si dicatur secundum adhuc sequitur Chm
satisfactionem fuisse ex bonis sub dominio creditoris existentibus, qa de dominium
fundatum in voluntate creata cuius Deus è efficacissime Rex subordinat dominio ipsius dei.

Alij verò apud Vasquez disp. 8 cap. 4 num. 50 docent Chm satisfacti-
onem fuisse ex propriis quatenus fuit exhibita per Chm opera n quatenus erant sub
dominio Dei, sed quatenus erant sub dominio humanitatis, sicut è peculiari
ratione procedebant ab humanitate per libertatem propriam illius è libera erant
quatenus ab illa pendebant, n e: quatenus procedebant à Deo, sic etiam humanitas
Chm peculiare dominium in illa habebat ratione cuius per eadem opera poterat Deo
satisfacere ex rigore Iustitiæ.

Sed vtra hos Authores è qa Deus è dns omnis naturæ creatæ, è per sequens è
dns omnis operationis liberæ procedentis ab eadem natura è quidem secundum omnem rationem
quam decipit a natura, è ideo Deus eandem operationem vt liberam pt imperare, prohi-
bere, punire &c. Deus igitur erat dns omnis operationis liberæ provenientis ab hu-
mana Chm natura è quidem secundum omnem rationem quam operans acquirebat ab
eadem natura. ex his a. pt sententiam modo allatam n subsistere.

Alij apud eundem Vasquez ibidem num. 37 docent Christum cum esset
persona divina habuisse dominium in suas actiones sicut habebat Pater è
Spiritus Sanctus, è ideo potuisse ex rigore Iustitiæ Deo satisfacere.

Sed vtra hos è, qa sicut quam n potest explicare qua ratione Chs potuerit sub
satisfacere, similiter n potest explicare quare non potuerunt satisfacere ex rigore
Iustitiæ Patri vel Spiritui Sancto, cum è Chm operationes erat sub dominio Patris è
Spiritus Sancti Chs n potuit per illas ex rigore Iustitiæ satisfacere Patri è Spiritui
Sancto, siquidem satisfactio rigorosa Iustitiæ fieri debet ex bonis quæ n sunt creditoris. plurimi eundem modum explicandi impugnat Vasquez cap. citt.

Dicendum è Chm satisfactionem defecisse a rigore Iustitiæ, cum fuerit ex bonis creditoris. in hac re nemini cum Vasquez disp. 8 cap. 4 è alijs.

Obj: qa

Obj: 2a operades humanitatis Chri quibus satisfactum e, e honor inde provenerit Deo erat vere bona ipsa Dei, per illa n potuit fieri recompensatio rigorose iusta pro Dei dehonorate facta per peccatum, neq exhibitione aliarum operarum e honoris fuisset extinctae sit nisi peccata, neq potuit Deus ex hiditia inde obligari ad illa remittenda, ex his a. sequitur Chri satisfactionem defecisse a rigore iustitiae eo qd fuerit facta ex bonis creditoris, a. liquin per illam sublatae et solutae peccata e offensae Dei, sicut inter homines per dehonoratis satisfactionem effectam ex rigore iustitiae solutae tollitur dehonoratis offensa, aut certe Deus potuisset ex iustitia obligari ad remittendae peccata, sicut hoc ex acceptione rei quae prius n erat sub ipsius dominio nec inter ipsa bona sit ex iustitia obligari ad remittendam alteri iniuriam vel offensam aut ad faciendum aliquid aliud.

Respondebis cum Suarez disp. 4 sect. 7 Chri satisfactionem quamvis fuerit ex bonis creditoris, n dicimus defecisse a effecta iustitia, qa dicto illa satisfactio n sit ex bonis creditoris requiritur quidem in restitutione vel satisfactione ordinata ad compensandum damnum illatum reby proximi, n a. requiritur ad satisfactionem quae compensat iniuriam vel offensam cui mod: e Chri satisfactio, qa per restitutionem intenditur reintegrare dominium per satisfactionem a. iniuria intenditur ut honoretur ille qui erat offensus.

Sed contra e, qd effecta iustitia ex nda ratione exigit ut etiam satisfactio pro iniuria vel offensa fiat per actionem quae n sit sub dominio ipsius offensi, ita ut per eandem actionem aliquid ipsi offensae adiecerit, aliquin inaequalitas facta per iniuriam vel offensam n censetur tolli, cum a. Chri satisfactio est sub sub Dei dominio e nihil per ipsam Deo offensi accesserit, eo qd est facta ex bonis Dei creditoris, ideo n fuit effecta e ex rigore iustitiae. de hac re plura Vasquez loco supra citt. a num. 46.

Ex dictis colligitur id qd supra in hunc locum recitavimus, nempe Chri satisfactionem licet fuerit ad alterum alteritate reali, ut supra dictum e, n tn fuisse ad alterum alteritate morali, eo qd Chri humanitas nullum haberet suarum operarum dominium qd n est subordinatum dominio Dei creditoris cui pro nobis a Chro exhibita e satisfactio.

Dubitabis 5ta: an Chri satisfactio potuerit non acceptari? Inter dictiones satisfactionis effecta ex rigore iustitiae hac etiam e, ut n possit reijci vel n acceptari a creditore, qa si creditor potest eam n acceptare e tn acceptat, in hoc videtur interdicere n rigor iustitiae sed liberalitas vel gratia.

Dicendum e Chri satisfactionem defecisse a effecta iustitia etiam ex eo qd a Deo potuerit n acceptari. in hac re nexing cum Molina tractat de poenitentia tract. 3. q. 1 Vasquez disp. 9 cap. 3 e alij. e tn contra aliquos quorum d. Belli volunt Chri satisfactionem fuisse effectam e ex rigore iustitiae quamvis potuerit a Deo n acceptari, alij vero inter quos e Suarez docent Chri satisfactionem fuisse

effectam

effectam eo in Deo non potuerit eam non acceptare, nempe ex promissione Patris
tanto cum ipso Christo.

Probant aliqui: qa offensus hic jus ad rubricam satisfactionis cum
hac circumstantia ut satisfactio exhibeatur ab ipso offensore ideo offen-
sus et non acceptare satisfactionem per quam non satisfit toti ipsi Juri, sed per
Christi satisfactionem non est satisfactum Juri qa Deus habebat ad poenam circum-
stantiam & Deus poterat Christi satisfactionem non acceptare pro nobis & Deus can-
dem satisfactionem acceptando tamen debiti non remisit, ac proinde Christi satis-
factio ex eo qa a Deo potuit non acceptari non fuit effecta ex rigore Justitiae.

Sed contra hanc rationem, qa hoc erat impossibile Deo satisfacere
pro nobis peccatis, et esset ex factis, & Deus non habebat Jus et non ab nobis satis-
fieret, qa nemo et habere Jus ad impossibile & dum a Christo pro nobis satisfactum
est Deus non remisit pari debiti praedicta.

Ad tertia quamvis Deus proverbie loquendo non haberet Jus ad satisfac-
tionem ab nobis praestandam eo tamen talis satisfactio esset quia non impossibilis, ha-
buit hic Jus ad eam satisfactionem quae ab alio pro peccato nobis exhiberet
non acceptandam saltem in poenam peccati ipsis nobis, quare Deus acceptando
satisfactionem a Christo Deo oblatam pro nobis debitum correspondens Jusdicto
Juri nobis gratis remisit, perinde ac si nobis potuisset satisfacere ideo Deus ha-
buisset Jus ad satisfactionem ab illo exigendam, ac proinde Christus pro eodem
debito non satisfecit, ideo Christi satisfactio hoc etiam de causa fuit a rigore
Justitiae.

Sed contra hanc responsionem, qa si Deus in poenam nostram peccatorum
obtulisset non acceptare satisfactionem a Christo pro nobis oblatam, ita ut fuisset
necessarium remittere nobis gratis totum debitum, obstitisset talis poena
fuisset in Christi praejudicium, neque eadem effectuari satisfactionis a Christo ob-
lata ideo per sequens eandem Christi honori ~~[illegible]~~ derogaret & negandum est tale
secundum fuisse, non peccatis a Deo obstitisset. Ergo qa non et assignari unde
collegatur talem poenam fuisse imponam nostris peccatis.

Pth. qui proponit: qa satisfactio effecta ex rigorosa Justitia ob-
lata pro injuria vel offensa eam integrum partis laesae extinguit, sed Christi
satisfactio pro nobis peccatis vel offensis Deo factis oblata extinguit nos
peccata sine secundum Dei offensi acceptantis eandem satisfactionem & Christi
satisfactio non fuit effecta ex rigorosa Justitia. Maior pth: qa effecta
satisfactio pro injuria ex illa quae sicut injuria sine secundum Jubrna laesa
facta est, ita ~~erat~~ etiam seipsa fidaliter ex sequens a tuo secundum partis laesae com-
pensat et debitum extinguit, qa si oblata satisfactio ex se non extinguat offen-
sam et debitum sed adhuc maneat secundum partis laesae quasi stralentis obstin-
gat offensum vel debitum, tam erit ineffecta satisfactio, qa non est sufficiens
vel agta ut ex eo inaequalitatem ex injuria ortam ad aequalitatem reducat,

cum eis

cum eiq defectus debeat aequalem servire creditoris.

Ad dubia cum Suarez ad redemptionem captivi non sufficit iustum pretium pro illo offerre, sed plena requiritur solutio debiti, et redemptio plena, nec tn idcirco captivi redemptio deficit a rigore perfectae iustitiae & similiter redemptio nra facta a Chro quamvis requiraret Dei servum non ideo deficit a rigore iustitiae.

Ad secundo dnm, et nego seq: ratio disparitatis est, qa redemptio captivi non fit per modum satisfactionis quae fiat parti offensae, sed est vera contractus emptionis qui non aestimatur nisi mutuo contrahentium consensu, et eo designetur ac determinetur id quod contrahens debet reddere, si a solutio pecuniae pro captivo solum fieret per modum satisfactionis, hac ipso iure consensu dni servi vel captivus liber maneret si dignam exhiberet satisfactionem, vt si quis qd debita vel qd iniuriam aliquam committente lege potest fieri servus hoc ipso qd servus aut alia pro eo dignam et iustam exhiberet satisfactionem potestatem abq consensu dni servus liber maneret.

Confirmatio a nobis supra facta. qa in Chri operatione duo possumus considerare. alterum est ratio pretii ad emendam nobis gratiam, et hac ratione Chri operatio non dicitur proprie satisfactio sed improprie et meritum proprie. alterum est ratio compensationis pro iniuria illata Deo, et hac ratione dicitur satisfactio cuiq est proprium damna resarcire, soluere, et compensare, atque ei operationes Chri secundum neutram considerationem fuerunt ex rigore iustitiae qd non fuerint ex rigore iustitiae secundum posteriorem considerationem satis pt ex supra dictis; qd vero non fuerint ex rigore iustitiae secundum priorem patet. qa si opera Chri facta in Dei honorem merebantur ex rigore iustitiae apud Deum non potest Deus illa ratione sine iniustitia negare id qd pro nobis merebantur, ac proinde Deus est obligatus ex rigore iustitiae humanitati Chri, cum tn Deus talis obligatio sit ob incapace, vt dictum est dictis, atq licet merita Chri et aequalia et signa praemio qd Chrs pro nobis promeruit, et licet Deus facta receptu Chri onerosa et promissione detrenata promiserit se nobis pro Chri libito daturum gratiam si ipse Chrs pro nobis meretur, adhuc Deus potest abq iniustitia negare id quod ipse Chrs nobis promeritus est.

Objicies: Chrs meruit etiam ipsam acceptationem suorum meritorum et satisfactionis pro nobis oblatae. qa Deus non potuit non acceptare illam, et per consequens eadem satisfactio non defecit a rigore iustitiae, ex qd non potest non acceptari a Deo.

Ad dubia dnm et nego seq: qa Christum suis operibus meruisse vt ipsius satisfactio pro nobis oblata acceptaretur nihil est aliud, quam Chri merita secundum eorum valorem et dignitatem fuisse aequalia etiam ipsi acceptari, non tn hinc sequitur qd Deus discrimine ab ipsis facilitate teneret acceptare

Chri

Chri satisfactionem ideirco ea defecit a rigore Iustitiæ.

Obijcies 2do: si quis debeat mihi centum et alius pro illo mihi tantundem sive centum offerat debeo illa acceptare, alioquin debitum remittit, vel extinguit. Et similiter Deus non potuit satisfactionem a Chro pro nobis oblatam reijcere, vel illam exhibitam, nobis peccata nra non remittere.

R. negando 2seq: ratio disparitatis est, quia cum creditor pecuniæ non habet ius nisi ad hoc ut tantundem pecuniæ sibi reddatur quantum ipsi debetur, idcirco illi sufficienter satisfit per exhibitionem pecuniæ debitæ sive ea exhibita sit ab ipso debitore sive a 3tia persona soluente pro illo, unde et lege prima digestis de exercitatoria actione dicit, quod alius pro me soluendo me liberet, contra vero cum is qui offendit alium per ipsam offensam quantum est ex se ponat infra se personam offensam, ideo persona offensa ut ipsi ex rigore Iustitiæ et ad æqualitatem satisfiat debet reponi eo loco in quo ante offensam erat, illud a. non censetur sufficienter fieri nisi ab eodem qui offendit vel iniuriam intulit satisfiat pro iniuria, quia alioquin is contra personam offensam iactare vel gloriari posset se ei iniuriam intulisse, nec tamen se illi satisfecisse, de quo persona offensa iuste dolere posset.

Obijcies 3tio: vendens aliquid ad preces alterius facit gratiam ementi volendo cum eo contrahere iuxta ipsius preces, et tamen in ipso contractu venditionis seruatur æqualitas quatenus æqualitas seruatur inter rem et pretium. Et similiter quamuis Deus ita acceptaret Chri satisfactionem ut fecerit nobis aliquam gratiam vel satisfactionem potuerit non acceptare, non tamen inde sequitur non fuisse seruatum rigorem Iustitiæ in eadem satisfactione aut eam non fuisse perfectam ex rigore Iustitiæ.

R. concedendo Ans, et negando 2seq: ratio disparitatis est, quia rigor Iustitiæ in contractu emptionis qui perficitur mutuo consensu non attenditur nisi quoad æqualitatem valoris mercis cum pretio, contra vero cum satisfactio rigorosæ Iustitiæ pro iniuria vel offensa debeat fieri independenter a consensu partis læsæ, quod non habuit Chri satisfactio, idcirco etiam ea defecit a rigore Iustitiæ, quare licet in Chri satisfactione seruata sit æqualitas sive potius condignitas meriti et premij, eo quod nihil hoc. pp. Chri merita fuerit exhibitum quo non esset condigna eadem merita, adhuc tamen Chri satisfactio eo quod Dei acceptatione licet a se promerita indiguerit ut offensam a nobis Deo factam extingueret a rigore Iustitiæ, quia scilicet Chrus per illam satisfecit tam per modum meriti, hoc est, merendo formam per quam tolleretur offensa non 1a. ponendo aliquid quod seipso tolleret ipsam offensam, quod est de ratione satisfactionis rigorosæ Iustitiæ pro illata iniuria, itaque Chri satisfactio quoad hoc non fuit de rigore Iustitiæ non quod in hoc fuerit remissa pars aliqua debiti, sed quod non fuerit seruata ratio satisfaciendi ex rigore Iustitiæ pro nra offensa, quæ ratio in hoc casu erat omnino impossibilis, ut constat ex supradictis.

Quæres: an saltem Chrus dum pro nris peccatis satisfecit potuerit agere ex virtute Iustitiæ, vel eius actum exercuerit, etiamsi in Chri satisfactione non interuenerint omnes conditiones satisfactionis rigorosæ Iustitiæ pro iniuria illata.

illata?

Ad Christum satisfacientem Deo pro nobis potuisse agere ex virtute Iustitiae, si videlicet Deus iure dominii proprietatis a Christi humanitate exegerit vt ipsa pro nobis satisfaceret, sicuti a huiusmodi Dei exactione non potuit Christus quatenus pro nostris peccatis mortalibus satisfaciebat agere ex virtute Iustitiae rigorosae, quia ad hoc est necessarium, vt stat ex dictis anno superiori, agere ex aliqua obligatione Iustitiae proprie dictae, cum a. hoc non haberet talem obligationem ad satisfaciendum pro suis peccatis mortalibus, vt stat ex dictis, neq; potuit Christus huiusmodi obligationem in se transferre vel ex ea agere, si vero nostra peccata venialia sint nostra Iustitiam et ex eadem virtute teneamur pro illis satisfacere, potuisset Christus ex consensu Dei creditoris vel per illa offensi in se transferre et recipere obligationem quam habebat hoc satisfaciendi pro eisdem peccatis, atq; sic potuisset agere ex virtute Iustitiae dum pro huiusmodi peccatis satisfaciebat.

Advertendum est quamvis plures rationes satisfactionis rigorosae Iustitiae defuerint Christi satisfactionibus tum sive evenerit ex virtute Iustitiae sive ex virtute misericordiae vel alia virtute, de quare infra dicendum est, si per temporis lucidi fuerint longe gratior quam sit satisfactio pro iniuria, quae exhibetur inter homines licet haec haberet omnes rationes Iustitiae rigorosae, nihilominus tum quia Christi satisfactio est infiniti valoris, tum quia exhibetur Deo, siquidem ex hoc etiam capite servavit dignitatem, sicut Religio ex eo quod Deo cultum exhibet, servavit tantam excellentiam vt superet virtutem Iustitiae proprie dictae. Hic de necessitate Incarnationis et satisfactionis Christi absolutis tractandum est de fine et decreto Incarnationis, eo quod S. Thomas de his agat art. 3 et 4 huius quaestionis, per quam commodius de his agi potest cum de Christi praedestinatione infra agitabitur, sed etiam quae dici possent de sufficientia temporis Incarnationis, de qua S. Thomas art. 6 et 7. ex quibus partem harum difficultatum praetermittis; transibimus ad disputandum de unione Verbi Incarnati, de qua S. Doctor disputat quaestione 20.

DISPUTATIO II.

De Unione Verbi Incarnati.

CAPUT I.

Utrum Unio Verbi facta sit in natura?

Praemittendum est unionem esse duplicem. altera dicitur unio actiua, siue unitio quae est actio qua duo extrema vniuntur inter se. altera dicitur unio formalis quae nihil est aliud quam terminus immediatus unionis actiuae et dicitur etiam unio in facto esse, quae est qua extrema etiam in facto esse et unita

quamuis